

**Geologia
335**



147.

FR. ERNESTI BRÜCKMANNI,
Medicin. Doctor. & Practici Brunsvicensis

De

Fabulosissimæ originis lapide,

ARAGHNEOLITHO Dicto, EPISTOLA

Ad

Virum Clarissimum atque Doctissimum

ALBERTVM RITTERVM
Sub-ConRectorem cœnobialis Regii
Lycei, quod ad oras Hercyniæ floret,
Ilfeldensis,

Mathematicum & Physicum
celeberrimum.



Wolfenbüttelæ, Anno Christi MDCCXXII.

Sumptibus Joh. Christoph. Meisneri.

Physic. 3293

This image shows a single page from an old, damaged document. The paper is heavily yellowed and stained with dark spots and streaks. The text is extremely faint and illegible, appearing as a thin, light brownish-grey layer across the entire page. There are some darker, more solid-looking areas where the ink might be thicker or where the paper has been abraded. The overall appearance is that of a severely damaged historical manuscript.

VIRO
Clarissimo atque Doctissimo,
ALBERTO RITTERO,
Sub-ConRectori Cœnobialis Ilsfeldensis
Regii Lycei celeberrimo,
Mathematico & Naturæ speculatori curiosissimo,
Salutem plurimam dicit
F. E. Br.

§. I.

Quemadmodum superiori seculo, Vir clarissime
atque doctissime, scientia naturalis sua incre-
menta sumere haud contemnenda incœpit, ita
& adhuc magis hoc nostro ævo hæc incremen-
ta per celeberrimos & magni nominis naturæ scrutatores
accumulantur in dies singulos & augentur, ita ut mox ad
summum fastigium, summumque perfectionis culmen
evecta videri possit; Ast vero tamen rem cum paulo pe-
nitius intuemur, videre licet adhuc multa ei deesse, præ-
fertim quoque cum nec unius vita saltim sufficiat ad de-
lendas & destruendas, credula quas antiquitas in hanc di-
vinam scientiam ingredi & illabi passa fuit, fabulas. Cir-
ca nullam autem rerum naturalium partem copiosiores
invenire licuit vanitates & mendacia, quam in theoria la-
pidum, horumque historia. Causas hinc nobis videmur
habere non unas, de hoc arguento ad TE, Vir clarissi-
me atque doctissime, exarare epistolam, & prescribere
paucas. In considerationem autem jam placet trahere la-
pidem

pidem aranearum, cuius originem fabulosissimam autores tradunt; Lapidem ipsum a nemine, si mendacem ejus & vanam excipias historiam, pertractatum novius. Operæ igitur pretium nobis visum est, si pauca in chartam de hoc conjecta clarissimo TVO nomini nuncuparemus; Præterquam enim, quod ante decennium studia nostra humaniora per tres integros annos fideliter, qvare non æternas tantum TIBI habemus gratias, sed & haud minimam felicitatis nostræ partem TIBI in acceptis referimus, imo fidelissime direxeris, & deinde nobis absentibus per literas, humanitatis plenissimas, affectum TVVM in nos prolixum abunde testatus fueris; Accedit & illud, quod ingenti TE, studia & qualescunque conatus nostros promovendi flagrare studio ac desiderio, re ipsa plus satis, non verbis tantum testatus omnino sis; Æquum igitur ac par esse judicavimus, publicum exstare monumentum, quo, quanti TE faciamus, quantoque amore & fervore TVI optemus favoris perennitatem longissimam, bonis omnibus, & in primis clarissimi nominis TVI cultoribus, luctentius paulo significaremus; Quod vero ut æqui bonique consulas, gratoque ac benigno favore, quo nihil nobis carius vel gratius esse poterit, nos pariter atque præsentem ingenii nostri exigui fœtum exiguum atque informem complectaris, non minus certo speramus, quam votis omnibus justis contendimus.

§. II.

Historiam nostri lapidis, quem in antecedentibus in considerationem trahere promisimus, fabulosam esse diximus; Autorem vero, qui his fabulis ansam dedit, invicare non potuimus, quam diligentissime etiam veterum natu-

naturalis historiæ compilatorum libros & scripta evolve-
rimus. Placet hinc primo variorum autorum monumen-
ta de hoc lapide recensere & deinde nostras addere de
illo præmeditatas cogitationes, & ad quod lapidum figu-
ratorum pertineat genus mentem aperire nostram.

§. III.

Primo in medium proferemus locum Chr. Fr. Paul-
lini, qui in suis horis amœnis philosophicis part. I. quæ-
stion. LXII. p. 424. sequentem movet quæstionem: An
possibile sit aranearum lapidem adipisci & quomodo? Ubi
hunc in modum respondet: Am ersten zweifelt D. Simon
Pauli, und hält es für lauter Fabelwerk / was andere von
Spinnen-Stein erzählen. Denn wie er zu Wittenberg
studirte / trass er einst eine ungeheure grosse Spinne an / so
einer Muscaten Nuß fast ähnliche / die that er in ein Glas /
und füllte solches auf Gutachten des berühmten Sennerti
ziemlich mit grob gepülverten grossen Baldrians-Wurzel
an / in gewisser Hoffnung / sie würde einen Stein fallen
lassen / aber vergebliche Gedanken; Wie sie nun ganz ver-
schmachtete / schnitt er sie auf / und fand wieder nichts bei
ihr; Andere legen unter ihr Gewebe / darein sie gemeinig-
lich mitten sicht / gedachte Wurzel / aber mit gleichem Glück.
Doch hat D. Joh. Francke von 15 eingesperrten Spinnen
kaum einen einzeln Aschen-grauen Stein mit schwarzen
Punctlein erlangen können; Drum er gar recht saget: Die
wenigsten Spinnen hätten dergleichen / daß also der gute
D. Simon von einer Spinne auf alle ohn Unterscheid nichts
gewisses hat schliessen können. Andere / wie gedachter Fran-
cke, stecken die Spinnen in ein mit gemeinen Küchen-
Saltz gefülltes Geschirr / und nöthigen sie so lange / bis sie

A3

Den

den Stein verzettelt. Doch gerath's auch nicht allemahl/ und geschiehet oftste / daß die Edrper der eingesperrten Spin-
nen hart und zähe werden / und den Unwissenden einen blauen
Dunst vormahlen / welche sie für achte Steine halten;
Denn ob gleich dergleichen Steine dergleichen Würckung
nicht durch und mit ihren effluviis erwecken / doch können
sie bey den Blutenden eine Furcht und Schauder erregen/
Krafft welches der Blut-Fluß angehalten wird. Et quo-
niam D. Simonis Pauli, Archiatri quondam Regii Dani-
ci celeberrimi, ab initio mentionem fecimus, ejus locum
de hoc lapide addemus, qui in Botanic: Quadripart. Clas-
se II. Herbarum tempore verno florentium p. m. 179. 180.
prostat. Vulgus perhibet araneas prægrandes lapillo fœtas
conspici, eumque ceu arcanum summum & specificum
certum, instar incantamenti omnes hæmorrhagias sistere,
modo is, manu ægri in pugnum collecta, tamdiu fovea-
tur, usque dum incalescat, quem quoque non nulli ajunt,
araneam evomere, excernere, parere, aut quocunque
modo excutere, si telæ, quam texuit, & in qua media ha-
bitat, subdideris Valerianæ radicem. Evenit autem, cum
anno MDCXXX, ex Gallia redux, studiorum causa Wit-
tebergæ æstivarem, ibidem ex adverso nunquam mihi si-
ne veneratione nominando præceptore meo celebratissi-
mo, Sennerto, habitans, ut aranea discolor crucigera im-
pluvium mei hospitis, Nicolai, Senatoris Wittebergensis,
obsedisset; Quæ cum immensæ esset magnitudinis, æqua-
bat certè nucleum nucis moschatæ, non solum me, sed
quoque Melchiorem Huffauff, tunc temporis Sennerti do-
mesticum, operationum chymicarum peritissimum, in suj
admirationem rapiebat; Convenimus nos inter nos, ea-
EA pimus

pimus araneam, & vitro vasto cucurbitino includimus,
& ex consilio communis nostri præceptoris Sennerti, ra-
dicibus Valerianæ perfunctorie pulverisatis, ex parte vi-
trum replemus, hac spe certa freti, certo certius hanc
prægrandem araneam lapidem parturam, verum vana
lactati, ne atomum quidem ullam lapilli adipiscimur: Sed
rerum naturalium studiosi & veritatis cupidi emaciatam
araneam discindimus, at lapillo aut calculo nulla sui parte
fœtam; Fabulas ergo & meras esse nugas, quæ de lapide
aranearum vulgus perhibet, edocti sumus. L. Ch. Hell-
wig inquit: Wenn eine Spinne sieben Jahr verschlossen
bliebe / sollte sie zu einem Stein werden / welcher gar hoch zu
æstimiren und wider Gifft diene / und ein Rancker-Stein
genennet würde; Ob nun aber dieser Stein / welchen etliche
in Ringe setzen lassen / auf oben gemeldte Art entstehe / kan
ich nicht sagen; Wahr ist / daß / als ich grosse Rancker's
Jahr stehen gelassen / sie zur massa geworden / welche so fest/
daß man solche kaum schneiden mogte / durch einen unver-
sehnen Fall aber giengen die Gläsergen entzwey / und wa-
re vielleicht in den letzten zwey Jahren die massa steinigt und
fester / ja recht feste geworden; vide ejus neu angelegten
curieusen und zur edlen Medicin kürz verfassten Thier-Gar-
ten p. 286. Porro Giessensis Academiæ lumen, Dom. Mich.
Bernh. Valentini de Arachneolitho ita differit: So pflegeet
der gemeine Mann auch vieles von den Spinnen-Stein zu
schwatzhen / und solchen vor ein sonderlich Gifft-treibendes
Mittel zu rühmen / und weiss mich zu erinnern / daß ein hies-
siger Gärtner deswegen die grossen Kreuz-Spinnen in
Schachteln aufgehoben / damit er solchen Stein erlangen
mögte; Weilen aber Boëtius und andere gelehrte Autoren/

sp

so von allerhand Steinen geschrieben dessen gar nicht gedachten / so zweifele / ob sich die Sache damit also verhalte / und ob schon neulich bey einem guten Freund einen Stein / worauf eine Spinne abgebildet war / gesehen / so ist doch noch ungewiss / ob er von einer Spinne gekommen / oder also in der Erde gezeuget worden sey. vid. autoris citati Natur- und Materialien-Rammer part. I. pag. 516. Sub finem capitidis de Tarantulis. Porro: Es hat die Spinne auch einigen Nutzen in der Medicin, und sollen absonderlich die Kreuz-Spinnen / so die grössten sonst seyn / sehr gerühmet werden / dahero auch kommen sollen die Spinnen-Steine / denn wenn eine solche in ein Schächtlein gethan / und Jahr und Tag darinnen verschlossen gehalten wird / so verzehret sie sich endlich selbst / und wird ein gesprengelter Stein daraus / der dem Gifft widerstehet / so daß / wenn er in einen Ring eingefasst an Finger getragen wird / er so gleich die Farbe verändert / und mit einer Wolcke überziehet / wenn er vermiercket / daß in der Nähe Gifft lieget; Welcher Stein aber solche Veränderung nicht sehen lässt / ist falsch und nachgekünstelt. vid. Curieuses und Reales Natur-Kunst- &c. Lexicon pag. 1538. Huic ordine succedat Ch. Frid. Garman-nus Lib. III. de miraculis mortuorum Tit. III. §. 85. p. 1116. Arachnitem vix a quopiam scriptore memoratum reperies, præter D. Joh. Francum, qui hujus existentiam probaturus aliquot experimenta in literas retulit. Ego, ut communis fert fabula, araneas maximas septennium capsulis aliquoties inclusi, sed septennio elapso nihil præter pulverem quendam ex aranearum cadaveribus relietum conspexi &c. Wolffius in scrutinio amuletorum cap. II. sect. I. p. 192. inquit. dari lapidem ex araneis pe-tent-

tendum contra hæmorrhagiam admodum a quibusdam commendatum, qui etiam certa ratione collendus fit, quod tamen fabulosis nugis annumero &c. plura non adducemus loca, supersunt autem varia, referemus saltim historiam de eo lapide, quam puer adhuc diversis vicibus inaudivimus; Si nempe invenietur forsan prægrandis molis aranea, quæ vulgo apud nos in patria vocabulo Germanico, **eine Kreuʒ-Spinne** / a signatura forsan corporis externa, audit, & conjiceretur in vitreum vas faccharo pulverisato refertum & occluderetur, grava la-
pide redderetur, quem quoque demum partu, vel vomitu ederet & ab illo se liberaret; Usus haud contemnendi eum fore in sistendis hæmorrhagiis, præterea etiam antiolimicum & alexipharmacum.

§. IV.

Ex supra allegatis variorum scriptorum monumen-
tis videre satis superque licet, arachnitem esse lapidem
generatum in infecto quodam, quod apud nos aranea vel
araneus audit, & partu, purgatione per guttur superius
vel inferius ejectum.

§. V.

Cum autem secundum vulgi persuasione & men-
tem arachnites ex aranea originem suam habere ab im-
peritis firmissime credantur, araneam, quale sit animalcu-
lum paulo analysi subjicere necesse habemus exactiori;
Refertur autem aranea vel araneus inter animalcula ex-
sanguia minora seu infecta pedata, non alato, quod præ
reliquis omnibus infectis ingeniosissimum, ita, ut sapien-
tissimus quondam mortalium, Rex Salomo, araneam ad
quatuor res minimas terræ, quæ sapientibus forent sapien-
tiiores

tiores numeret, lege ejus proverbia cap. XXX. v. 24 & 28. Retia porro exstruit, quæ aranearum cassides & telæ audiunt, subtilissima, quæ mulieres sane, quæ maxime ad nendi & filum ducendi artificium, quod tamen araneis in acceptis referunt, digitorum argutiis valent, filumque elaboratissimum conficere præclare sciunt, non cum eo subtilitate operis sunt conferendæ, hujus nimirum filum tenuitate pilum vincit. Præclare tenent araneæ texendi artem (textores eis suam artem debent) & natura sunt ad geometriam eruditi (unde etiam variæ machinæ arachnes & araneæ nomine veniunt, quas vide in excellentissimi Wolffii vocabulario mathematico) lineas enim, quas ducent, omnes esse parallelas, & integras telam constituentes formam quandam horarii æquinoctialis expandere constat, de qua aranearum geometria plura evolvere licet in Joh. Andr. Schmidii, Abbatis & Polyhistoris nostri ævi celeberrimi, cui ut Medicus ex Gilead pristinam renovet sanitatem & cumulum annorum vitæ ejus addat in salutem orbis eruditi, omnium bonorum est votum, variorum philosophorum Decade Dissertat. IX. de Geometria brutorum p. 9. 10. &c. ubi & icon hujus naturalis aranearum Geometriæ observanda. Ob subtilissima fila, quæ nent, subtilitate digitorum eas pollere necesse est, imo tactu hominem præcellunt. Minutissima porro entia vident, quæ visum nostrum effugiunt, quia forsan in subtiliore harum corpore subtilius elaboratur & generatur fluidum nervosum, quod spiritus animales neoterici physiologorum appellare gaudent. Numero oculorum hominem & reliqua animantium genera longe superant, quædam enim sex, octo, decem & adhuc pluribus instructæ sunt

sunt oculis, qui hunc in modum in medio capite seu vertice . . . dispositi nostris, microscopio roboratis, oculis deprehenduntur, de quo oculorum numero & serie vid. Joh. Jacob. Wagneri Histor. natural. Helvetiæ curiosam p. m. 237. it. Borellum in centuria sua observationum microscopicarum. Si ullum demum animalculum copiosam prolem edit, copiosaque ponit ovula, certe est nostra aranea, quæ plus semper quam sexcenta vel septingenta in lucem edere solet ovula, quæ sua sponte demum absque ulla incubatione ex in volucro suo & testis prodeunt. Nunquam non medium telarum suarum expansarum occupant, hostes, puto muscarum familiam, jugulant & crurore haruim se saginant. Antipathiam & inimicitiam exercent perennem cum bufonibus, quos iectu suo necant, de quo odio in bufones vide beatissimi quondam mei præceptoris, quem virtus duobus abhinc mensibus sublimia vexit ad astra, G. W. Wedelii, Medici consummatissimi, viri omnium seculorum memoria dignissimi, æternæque apud omnem posteritatem famæ, dissertat. de Plantagine Jenæ 1712. ventilatam; it. Plinium & Henric. Ruyschium in theatro universali omnium animalium Tom. III. p. 132. Araneæ omnes perhibentur esse hermaphroditæ, vid. Martini Schurigii spermatologiam historico-medicam p. 619. & 682. it. Steph. Blancardum; it. Miscell. Natur. Curiosor. Dec. III. An. III. Observ. LV. p. 65. ubi non araneæ tantum, sed totus insectorum cohors, sexus utriusque esse affirmantur. Integumenta sua seu pelles sæpe more omnium reliquorum ferme insectorum exuunt, vide Helmontium in operib. sub tittul. arcana Paracelsi p. m. 740. Magnitudo hujus animalculi variat, maxima araneæ species in Brasilia,

lia, Nhamdù-Guaca dicta, passeri magnitudine, tota tota pilis obsita, reperitur, cuius descriptionem & iconem vide apud Pisonem in Hist. Indiæ utriusque p. 284. qui citatus autor & araneam Brasiliensem loco allegato humana facie argentei coloris æri incidendam curavit. Non omnes sunt venenatæ, in numeræ enim prostant & leguntur observationes, quod quidam summo cum appetitu & absque ullo vitæ subsequenti discrimine eas devorarint; vide collectiōnem ejusmodi observationum in D. Heucheris araneo homini pernicioſo & salutari §. 30. Venenum Rosa eis suggerere & suppeditare scribitur. De usu aranearum, earumque cassidum & telarum salutari, medico & noxio, cum epistola horum recensione limites haud difficile transgre-di posset, nihil hic inserere pro tempore placet, cum plura de his videri poterunt apud Antonium Thylesium in tractat. de araneola & cicindela; Martinum Listerum tractat. de araneis; supra citatum Heucherum diff. de araneo homini pernicioſo & salutari; Kirchmaierum de aranea; Aldrovandum lib de insectis; Th. Moufetum minimorum animalium theatro; Henric. Ruysch theatro universal. omnium animalium & alios; Anatomicam videre licet delineationem in Miscell. Nat. Curios. Dec. II. An. II. p. 51. & Dec. II. An. VII. p. 100. & Mich. Bernh. Valentini amphitheat. Zootomic. sect. CXXIV. p. 190. de telis autem aranearum vid. Anonymi curieuse Nachricht von einer neuen Art Seide/ welche von den Spinneweben zubereitet wird/ und davon der König in Frankreich Ludovicus XIV. eine Weste getragen ic.

§. VI.

Delineationem animalculi, ex quo Arachnites, per-
bre-

brevem dedimus; Arachnitem autem ipsum nunc paulo penitus inspiciemus; nomen habet, uti vocabulum, quod Helladen saperat, stratim indicat ex ἀράχνη, quod & araneam & puellam quandam Lydiam, argutiis ditorum pollentem, lanificii peritissimam, quæ ægre tulit opus suum aspectu delicatissimum a Dea Minerva, qua cum certamen susceperebat, confractum & ex invidia dilaceratum, laqueo gulam sibi fregit, vitamque cum morte commutavit, post ab eadem Pallade, sua inimica, in araneam mutata, uti copiosioribus verbis hæc fabula & metamorphosis apud Ovidium Lib. VI. fab. 4. existat, significat. Latinis lapis aranearum idem est, quod Græcis Arachnites. Placuit nobis vocabulū quoddam, quod totum totū Græcum, nempe ἀράχναιος, Arachneolithus, ex ἀράχνη, aranea & λίθος, lapis.

S. VII.

Intelligunt autem scriptores per Arachneolithum lapidem ab araneis desumptum, qui non confundendus cum araneis petrifactis & lapideis, qualem Carol. Nic. Langius Histor. lapid. figurator. Helvetiæ Tab. X. p. 47. depingi curavit & Scheuchzerus in den Natur-Geschichten des Schweizer-Landes fig. 179. p. 336. ad infecta diluviana refert. Nec quoque confundendus cum lapidibus, qui figuram & iconem araneæ exhibent, qui quoque ad diluviana pertinent, de quibus vide iam semel allegatum Mich. Bernh. Valentini in Musei Museorum part. I. p. 516. & Scheuchzeri in altera physicæ parte p. 239. Es finden sich einige Schieffersteine auf welchen gleichsam nach dem Leben abgemahlet stehen die Bildnisse von Fischen, Krebsen und Spinnen, so natürlich als ob sie einge- oder abgedruckt wären, sind zweifellos ohne Überbleibsel der Sündfluth, haec tenus Scheuchzerus.

B 3

Nec

Nec porro confundendus cum succino Prussico, quo s^aepius obductas & naturali balsamatione æternisatas vidimus araneas, de quibus Joh. Conr. Dannhauer hæc profert verba: Quod electro tali inclusæ aëre destitutæ durabiliores sint, quam Rex in suo Mausoleo; vide quoque Rob. Boyle Hist. fluidor. & solidor. p. 144. omnes hac paragrapho recensiti lapides optimo jure nomen lapidum aranearium, der Spinn-nen- oder Rancker-Steine / merentur, confusionis, tamen evitandæ gratia hæc afferre necessum duximus.

§. VIII.

Icon adjacens Arachneolithum TIBI, Vir clarissime atque doctissime, exhibit; Credimus autem TE statim, simulac inspexeris modo paulo penitus iconem, dubitaturum, lapidem nunquam in aranei vel araneæ corpore fuisse, multo minus ab ejusmodi animalculo excretum si-
ve per os, sive per alvum, sive per alia corpusculi emun-
ctoria; Magnitudo enim & pondus ejus omnes ferme araneas, excepta Brasiliensi Nhamdù-Guaca dicta, longe supe-
rat; Arachneolithus autem, quem videre poteris apud Joh.
Henr. Lochnerum inter Musei Besleriani rariora Tabul.
XXXV. p. 100. omnes araneas, tarantulas, phalangia &
Nhamdù-Guaca, gaudeant quoquo velint nomine ponde-
re & magnitudine longe lateque excedit & superat.

§. IX.

Nostro autem judicio Arachneolithus nihil aliud est,
quam corallium quoddam antidiluvianum petrificatum,
quod Astroiten Indicum nominare solent, & pro certo cre-
dimus & affirmamus, cum major aranearium pars elegan-
tissimis in abdome maculis exornata deprehendatur, o-
pinionem & fabulam inde natas, quibus creduli perhibue-
runt,

runt, originem ejus esse animalem; vel quoque a figura & exteriori lapidis forma, quæ quandoq; figuram & formam corporis aranearum detruncatis pedibus aliquo modo æmulantur; quam tamen formam rarissime vel nunquam naturalem, semper potius adscititiam & artefactam putamus.

§. X.

Astroiten autem optimo jure appellare possumus, plures enim elegantia conspicuæ stellulæ in eo apparent, quæ non in superficie tantum lapidis apparent, sed per totum corpus lapideum transeunt. Dicitur Astroites ab etymo Græco, quod est ἄστρον, sidus vel stella, unde & melius Astritem, quam Astroitem dicendum esse censemus. Non confundendus cum Astroite Gemma, quæ pelluciditate nitet, cum noster e contrario opacus sit lapis; Nec cum Aste-ria lapide, qui stellam radiis angulosis repræsentat. Porro Indicum esse diximus, a patria nempe & loco natali, omnium enim elegantissimum India Orientalis nobis offert & porrigit; Reperitur quoque & prostat apud Helvetios, colligitur etiam apud Norimbergenses & Tyrolenses & apud diversas alias gentes, qui tamen omnes elegantia stellularum Indico nostro multum cedunt & postponuntur. Diversæ ejus colliguntur species, quæ vero, cum non sint hujus loci, tempus in iis recensendis consumere nolumus, possint autem evolvi & videri apud Bajerum, Langium, Luidium, Boetium a Boot, Sheuchzerum, Valentini, Büttnerum, Lachmendum, Mylium, Volckmannum, Hermannum, Lochnerum &c. & multos alios. Incubiculo suspensum araneos insectaque alia pellere & fugare credunt creduli, sanores autem rem fictam esse putant, dum experimentum minime procedit.

§. XI.

§. XI.

Nunc nos convertamus ad lapidem nostrum, quem depictum in adjacente tabula vides, ille natales suos Orienti debet, opacus est, egregie splendens & politus, quam tam
men polituram arte noctam pro certo confidimus, durus,
coloris albescens, egregiis optimeque figuratis stellulis
nubescens notatus, latere superiore convexus, inferio-
re vero seu averso planus & oviformem exhibet oculis ro-
tunditatem.

§. XII.

Sed præter opinionem literæ hæ nostræ limites epi-
stolæ transgressæ videntur, quare opus, ut nunc finem eis
imponamus, multa quidem adhuc restant dicenda de hoc
lapide, sed cum fatis superque apud nos constet, & ani-
mum TVVM in nos benevolum & amicum probe semper
cognoverimus, ea, quæ defunt, TE facile, Vir clarissime
atque doctissime, ex optime instructa & selecta bibliotheca
TVA, cuius, quando recordamur, nunquam aliter fit,
quam summa cum mentis exhilaratione & lætitia, supplere
& addere posse. Quod reliquum est, Vir clarissime atque do-
ctissime, ut ex voto bene recteque valeas, siisque maneas-
que constanter, ut olim, ita & porro literarum mearum
fautor, vovemus & devote precamur. Vale salvus & in
columis, favoreque TVO perenni me bea, qui ero, donec
ero, perpetuus TVVS discipulus. Dabam Brunsvigæ
e Muséo meo d. 8. Jan. 1722.

Explicatio figurarum.

Fig. I.) Sistit Arachneolithi vel rectius Astritis latus inferius, quod
planum atque politum est.


Fig. II.) Exhibit Astritis latus superiorius, quod politum est & con-
vexitate gaudet.

F I N I S.


IX.



Fig. 1



2



Geolog. 335

